



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Vinum optimum doctrinae sanae Luderani miscent aqua errorum, & confundunt turbantq[ue] fecibus haeresum suarum. Cap. XXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Pfal. 4. gelici: vsq; quo eritis graui corde: aut diligetis vanitates,
& quæretis mendacium, spreta omnia vincente veritate?
Hæc de falso eorum nomine & titulo dicta sufficiant in
præsentiarum.

*Vinum optimum doctrine sanæ Luderani miscent aqua erro-
rorum, & confundunt turbantq; fecibus hæresum
suarum. Cap. XXXV.*

Hest. 1. **A** *Eesai. 1.* **V** Ae vobis viris impijs: qui vinum optimū verbi dei,
quod abundās, vt magnificentia regia dignum est,
Pfal. 74. in mensa sacræ scripturę electis proponitur, aqua misce-
tis falsitatis, & errorum fecibus, de quibus bibunt, omnes
peccatores terræ. Sic vinum purum, optimum & precio-
sum, felle & aceto miscetis vestræ hæreticæ expositionis,
Hiere. 25. & bibendum illud porrigitis Christi membris, vt turben-
Matt. 25. tur & insaniant: sicut habes in Hieremia. Verum, Iesus
cum gustasset noluit illud bibere: erudiens nos, vt si quã-
Ioan. 19. do de vinea Sodomorum aut de suburbanis Gomorræ
Deut. 32. calix nobis porrigitur, felle draconum & veneno aspi-
dum insanabili hæreticę doctrinæ mixtus, ne mortiferum
illud bibamus, si illud audimus vel legimus (quod nihilo-
minus periculi plenissimum est) nec illud intra viscera
cordis nostri glutiamus per consensum.

*Panem uerbi Dei, Luderani corrumpunt fermento suo
& per additionem ueneni suorum erro-
rum. Cap. XXXVI.*

1. Cor. 5. **A** *Matt. 16.* **V** Ae qui panem vitæ & intellectus, quo Deus fide-
um suorum animas in hoc mundo pascit, corrup-
Roma. 8. punt fermento prauæ expositionis. De quo scriptum est:
Luc. 12. Cauete à fermento pharisæorum, Sadducæorum & Hero-
dis: Quia modicum fermentum tale, totam massam, hoc
est,